Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



26

ihm ut eum morti tradent. Et vinctum ad du-
xerunt eum et tradiderunt pontio pylato pli-
di. Tunc videns iudas qui eum tradidit quo-
damnatus esset puia ductus remulit triginta
argenteos principibus sacerdotum et senio-ibus
dicens. Peccaui tradens sanguinem iustum.
Et illi dixerunt. Quid ad nos? Tu videris.
Et proiectis argenteis in templo. recessit et abi-
ens laqueo se suspendit. Principes autem sacer-
dotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet
eos mittere in corbanan quia pretium sanguis
est. Consilio autem inito emerunt ex illis agrum
figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vo-
catus est ager ille acheldemach. hoc est ager
sanguinis usque in hodiernum diem. Tunc im-
pletum est quod dictum est per ieremiam proph-
etam dicente. Et acceperunt triginta argente-
os pretium appreciati quem appreciauerunt a filiis
israel et dederunt eos in agrum figuli sicut
constituit mihi dominus. Jhesus autem stetit ante pre-
sidem et interrogauit eum presses dicens. Tu es
rex iudeorum? Dicit illi jesus. Tu dicis. Et cum
accusaretur a principibus sacerdotum et seniori-
bus nichil respondit. Tunc dicit illi pylatus
Non audis quanta aduersum te dicunt testimo-
nia. Et non respondit ei ad vllum verbum. ita ut
mirarentur presses vehementer. In diem autem
sollempnem consueuerat preses dimittere populo